

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

Continens omnia diffinita iam nunc per Conc. Triden. circa pluralitatem  
beneficiorum, & an nunc post Conc. Trid. dispensatus hoc sine causa iusta  
in aliquo casu sine resignatione illorum poßit ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

dentinum ad suscipienda iuste plura beneficia , dubitate quis forte poterit.] Cui satisfacit Nauarrus cap.25.num. 129.dicens quod licet ista opinio Cardinalis ante Concilium Tridentinum sustentari poterat: post illud tamen sustentari non potest , quia Concilium Tridentiu[m] absolute prohibet habere plura beneficia etiam compatibilia ultra id , vel ea ; quae sufficiunt honestae atq; decenni sustentationi lucta glossa.singu.dict. in cap. dudum. in de electione.

**Q[uo]d.3:** ¶ Præterea & illud dubium hic dignum est sciut, & quo se fuisse consultum ait Nauarrus. An qui ante concilium plura obtinuit beneficia cum dispensatione, possa nunc retinere? Respondeat Nauarrus, quod quoniam concilium non prolibet tenere beneficia illa; quæ ante fuerunt collata: sed ne de cætero conferantur plura vni (prout ipse consuluit) potest, qui ante Concilium Tridentinum plura obtinuit: nunc ca retinere limitando sciuta dictam opinionem. Cardinals , scilicet retinendo cum animo, & executione expendendi copiosius in pauperes, & opera pia retento sibi solum ad suam decentiam viæ necessario. Quam Cardinalis opinionem licet sit contra Ponormit. & cœmœnum semper Nauarrus ante concilium dicit se reputasse vetam, quod sit ut iure, quis miretur inquit Nauar. videns post prædictum Concilium Tridentinum a Pontificibus maximis conferri multa, quorum unum sufficit vni & multos sibi collata retinere, que profecto iure retinere nequeunt etiam cum dispensatione nisi iustificetur per intentionem prædictam à Cardinale requisitam.

¶ Continens omnia diffinita iam nunc per Conc. Tridentinum pluralitatem beneficiorum, & an nunc post Conc. Trid. dispensatio[n]is in hoc sine causa iusta in aliquo casu sine resignatione rati posse absolu[i].

### CAP. C II.

**C**V M plura de pluralitate beneficiorum diximus , quia nos omnia quæ tam de iure naturali quam de iure humano antiquo , circa hanc materiam licebant dicturos esse polliciti sumus , & in parte abfoluiimus.

mus: superest, quid nunc de iure novo à Conc. Trident. circa hanc pluralitatem beneficiorum sit cautum, ediscere. ¶ Igitur adnotandum est in gratiam huius primo, quod Concil Trident. <sup>a</sup> sanxit, quod nullus quacunque eminencia præfulgeat habeat duas ecclesiæ metropolitanas, vel cathedrales, cum valde felix sit qui vnam regere possit.

¶ Secundo perpendendum est, quod eodem concilio cap. 4. & 5. dicitur quod nullus, habeat plura beneficia cum vel incompatibilia, & scilicet 2.4. c. 17. sanctetur, quod nullus eiusam Cardinalis habeat plus uno beneficio, quod si eius vita sustentandam non sufficerit, possit habere aliquid simplex, dum modo utrumque personalem residuum non postulet, & qui ea habent intra sex menses regnent, & hoc in practica, & in usu est seruandum.

¶ Igitur conclusio receperissima etiam post Conc. Trid. <sup>b</sup>, quod in statu peccati mortalis est, qui habet multa beneficia diuisa in titulum, quorum unum suo decetti statui facit, vel sine dispensatione, vel consuetudine iuxta plasm singularem cap. dudum. 2. de electione recepta a D. Tho. Panormitano, & communi. Hęc conclusio est. D. Tho. <sup>c</sup> quodlib. 8. art. 19. &  
et Nauarr. <sup>d</sup>. Sed iam casum non indigent dispensatio- art. 19. &  
ne, scilicet quādo unum nō sufficit, excepimus, sicut etiā quodlib. 9.  
titulum de beneficijs ynitis, qui per illam dictiōē diuisa à art. 19.  
conclusionē exclusus est.

¶ At hic statim obuiat dubitatio, an licet post Conci- sum. La.  
lum Tridentinum habere duas præbendas aliam in titu- cap. 25. nr.  
lo, & aliam in commendam ad tempus commendatam 126.

ad sex menses tatum, si est ecclesia parochialis, ut permit- tur commendari c. nemo. de electione lib. 6.

¶ Ad quam questionem respondetur ex sententia Nauarri, & primo dicimus, quod licet quidem habere unum beneficium sive titulum, & aliud ad tempus commen- datum ad sex menses, licet inquam etiā sit ecclesia pa- rochialis. <sup>e</sup>

¶ Sed & etiam hic querere libet quod Nauarrus non mo. de elec-  
tans explicuit, utrum ad habendam vnam in titulum, & Elie. li. 6.  
aliam præbendam ad tempus in commendam requiratur  
aliqua circumstantia prædictarum iustificans, & an requiri-  
tur dispensatio Papæ, & quamuis Nauarrus hic videa-  
tur in-

<sup>a</sup> s. f. 7.  
<sup>b</sup> cap. 2.

<sup>c</sup> b. Nauar.  
<sup>d</sup> Sum. La.

<sup>e</sup> cap. ne-

mo. de elec-

tit. li. 6.

art. 19.

cap. 25. nr.

126.

Q. 6.

c. cap. ne-

mo. de elec-

tit. li. 6.

art. 19.

cap. 25. nr.

126.

Q. 6.

c. cap. ne-

mo. de elec-

tit. li. 6.

art. 19.

cap. 25. nr.

126.

Q. 6.

c. cap. ne-

mo. de elec-

tit. li. 6.

art. 19.

cap. 25. nr.

126.

Q. 6.

c. cap. ne-

mo. de elec-

tit. li. 6.

art. 19.

cap. 25. nr.

126.

Q. 6.

c. cap. ne-

mo. de elec-

tit. li. 6.

art. 19.

cap. 25. nr.

126.

Q. 6.

c. cap. ne-

mo. de elec-

tit. li. 6.

art. 19.

cap. 25. nr.

126.

Q. 6.

tur insinuare, quod non requiratur dispensatio Papæ, quia solum inquit non licet habere plura beneficia in titulum, at qui habet simul cum uno in titulum, alterum in commendam non videtur habere plura diuisa in titulu, sed alterum tantum in titulum. Vnde videtur: secundum ipsum utrumque posse haberi sine dispensatione.

¶ Sed ego potius esse tenendum cum Soto de iustitia & iure, existimo, ubi sic primò ait contra iuris prudenter. & iure. lib. 3. q. 5. art. 3. quamur de commendationibus perpetuis, quæ hoc tempore habentur in vsu, non potest quis simul habere alteram praebendam in titulum, & alteram in commendam perpetuam, nisi aliqua de numero causarum iustificantium concurrat & ibi num. 126. ait Nauarrus de beneficio commendato in perpetuum idem esse dicendum, quod de doto in titulum iuxta Cardinalem Alexandr. can. cum autem 44. distinctione. & Gomez in regula de infirmis resign. quæst. 13. & citatos per eum, & Maior in 4. dist. 24. q. 13. Vnde Nauar. in hoc pucto à Soto non disidet imò ei concordare videtur.

¶ Secundò adiicit ibi Soto, quod quamvis non sit in vsu, ut episcopus possit super pluralitate praebendarum dispensare, quia cap. dudum ecclesiastica. extra de electiōnibus videtur ius antiquum abrogatum, nempe ut solus Papa iam dispenset ut illic adnotauit Panorm. quod intelligendum est, quando ambæ praebendæ datur in titulum, tamen episcopus ob ingruentem necessitatem vni habet alteram in titulo aliam ad commendam dare, dum non potest ad curiam aditus, potest.

¶ Porro, quia consuetudo secundum iuristas iurisditionem confert, quæ requiritur ad dispensationem, constitutur an etiam in hac materia de pluralitate beneficiorum, existente legitima causa sicut dispensatio iustificat eam, ita etiā consuetudo hanc iustificet retentionem plurim beneficiorum. Ad quæstionem prædicto. c. num. 128. responderet Nauar. quod sic, si talis consuetudo sit iusta, quia consuetudo iusta tantum, licet non plus valeret quantum dispensatio secundum D. Th. in dicto quol. 9. ar. 15. quia utramque tam consuetudo, quam etiam dispensatio potest iuri humano derogare, & neutra naturali, vel diuino, c. num. 128.

rum ibi late notatis de consuetudine. Causa autem iusta  
dispensandi in tenendo plura attento iure naturali est il-  
la, quae est sufficiens ad tollendam deformitatem quam  
seum afferat pluralitas beneficiorum. Hanc autem defor-  
mitatem secundum Sotum non auferit nobilitas illustris  
sanguinis sola, neque enim solum ad illustrium commo-  
dum illis ista pluralitas beneficiorum concedenda est,  
sed ad ecclesiæ splendorem, & tutamen. At nunc ecclesia  
cum iam adoleuerit, nec tanto pere his auxilijs illustrium  
egat ad sui tuitionem, cautè in hoc casu procedendum  
est præsertim cum non minima causa ruinæ, in qua nunc  
ecclesia iacet fuerit magnatum inuasio, qua in ecclesiastि-  
ca sacerdotia irruperunt, quamvis inficiati nō possumus  
certi, deinde literis ornati, plurimi splendoris, ac roboris  
republicæ ecclesiasticæ accrescere.

¶ At etiam vno illa præbendarum, quæ in fraudem  
ecclesiæ fit, ad impulsu[m], instigationemq[ue]; illustris perso-  
na, quam nititur impetrare ad sedandum scrupulum con-  
scientie, nam quia pluralitate beneficiorum oppressum  
sevidet, satagit hanc annexionem plurium beneficiorum  
in unum procurare, non inquam excusat, nec prædicta  
vno liberat à reatu culpe, quinimo grauius, turpiusq[ue]; de-  
linquere, quam si plura expresse retineret; debet enim vno  
ecclesiæ in emolumen[t]um ipsarum absque dolo ma-  
lo fieri, ut sit legitima.

¶ At vero, quia Sotus in hoc casu hanc vniōnem, seu  
annexionem beneficiorum fore illegitimam censet, for-  
tian lectoris animum hæc dubitatio subibit, talis vno sic  
facta à Papa sine causa, licet malefacta, an tamen facta  
semerit, nam iuxta assertione Soti si illegitima est, vide-  
tur quod inuallida sit prorsus, sed tamen cum fratre Ioan-  
ne de la Peña videtur esse dicendum, quod si ex proprio  
motu, & scientia illam vniōnem sine causa legitima fa-  
cta Papa nō in persona, sed in beneficijs, licet perperam  
ficeret, valida tamen erit, quia iam nou remanebit nisi  
in unum beneficium, quod vt præfati sumus ab uno po-  
tent obinceri, & valebit in eo quod cōtra ius naturale nō  
erit. Si autem Papa falsis persuasus rationibus, fraudeq[ue];  
illectus, ad petitionem false suadentis, hanc confecerit,  
vniōnem

940 Cap.CII. Quid de pluralitate benefic.&c.

unionem puto, quia tunc surreptitie obteta est, adeo esse illegitimam, ut tum hac ratione, tum quia sua fraus nemini patrocinari debet, ipse eam fraudulenter impetrans teneatur apud Papam instare, ut eam vel reuocer, vel nullam esse pronuntiet, nulliusq; roboris vel momenti.

¶ Gratia autem tenuitatis non solum beneficia, sed etiam episcopatus, quales sunt qui iuxta Romanum sunt, qui adeo sunt tenues ut ex uno tantum Episcopatu, decens sustentatio non suppetat, in unum episcopatum usque ad decentem sustentationem liberè Sotus faci possit adunari.

¶ Quibus superaddimus cum Nauarro. cap.eod.num. 129. quod idem Concilium Tridentinum Sessione 24.ap. 17. statuit ut plures parochiales ecclesias obtinentes, seu unam parochialem & aliam cathedralem habentes, cogunt alteram infra sex menses dimittere, in quo pondemandum esse illud verbū cogātur animaduertit Nauarrus: per quod recte respondisse ait Nauarrus: dum consultus spondit neutrām ipse iure vacasse.

¶ Veruntamē, quia meritò hic ambigere quis poterit, an hæc sacri Concilij Tridentini sanctio locum habeat in his, qui per iustum dispensationem plures parochiales tenebant ecclesias, utrum etiam iij intra sex menses eas dimittere cogendi sint, ideo & hoc inquirendum hic, & absoluendum diximus. Sunt etenim aliqui, qui quod in his antea dispensatis dispositio hæc concilij locū non habet affirmant adducti illo arguento ex cap. ordinarij ceterū de officio ordinarij lib. 6. quod aiunt esse innovatum per idem Concilium Tridentinum.

¶ Respondemus tamen ex mente Nauarri cap.eod. nū. 129. primum dicentes quod etiam dispositio Concilij in his dispensatis circa prædictam pluralitatem ante Concilium, habet locum. Vnde & iij intra sex menses alteram ecclesiam parochialem cogendi sunt dimittere, tum quia auctore Nauarri, licet opinio contraria supradicta, disponendo forte defendi possit, consuli tamen non debet, tum quia est contra mentem Concilij, ut ex eius contextu patet, tum etiam, quia sic interpretatur curia cogens addittendam alteram omnes qui ante Concil. Trid. etiam cum legitima dispensatione tenebant duas. Deinde enuntiatur.

c. 1. de reformat.

quia licet principium praedicti capituli ordinarij innouetur usque ad §. cæterum, illud tamen tacetur.

¶ Subinde & aliud hinc pullulat dubium, an nouum Qd. 3.  
hoc ius Concilij Tridentini ad alia beneficia non cura-  
ta legitimè obtenta extendatur. ¶ Responsio est in prom-  
ptu, quæ etiam est ex mente Nauarri, quod tale ius non  
extenditur ad alia incompatibilia beneficia legitimè ob-  
tentia, quare qui habet alia beneficia incompatibilia puta  
plures personatus, vel unam parochialem, & aliā digni-  
tatem vel personatum quæ non sunt ecclesiæ parochiales  
non est cogendus relinquere ullum.

¶ Adhuc quoniam omnia, hic exhaurienda sunt dubia Qd. 4.  
præsestitim' ardua, magisque scitu necessaria queritur an  
qui obtinuit dispensationem absque tamē legitima cau-  
fa ad plura obtainenda beneficia curata, tutus maneat in  
conscientia, vel nō, & an r̄ic virtute talis dispensationis, fru-  
ctus possit facere suos absque vlla restitutioñis obligatio-  
ne. Et quia in quæstione hac duo implicantur dubia: Pri-  
mum de securitate cōscientiæ: Secundum de obligatione  
restitutioñis. Ad primum licet sit iam abundè dictum ite-  
rum sub maiori breuitate concludimus, quod quia ha-  
bere plura beneficia, nisi saltem concurrat aliqua prædi-  
carum, vel alia similis circumstantia iustificans, iniquum  
est, ut pura perniciosum ecclesiæ Papa, eo quod admini-  
strator, & dispensator beneficiorum est, & non dominus,  
neque sine aliqua harum causa iustificante dispensare su-  
per pluralitate beneficiorū potest, ideo non est tutus in  
conscientia, ac perinde secundum Nauarrum absoludus  
non est, qui habet plura beneficia sine aliqua prædictarū  
causa, vel circumstantia iustificante, vel simili concurren-  
te. Imò si talis circumstantia concurrat adhuc sine dispen-  
satione iuris humani plura habere prohibentis, si plura  
beneficia habeat non legitimè annexa, non est absoluendus, ita Nauarrus cap. cod. nu. 129. ita quoque Frater Ioan-  
nes de la Peña in suis scriptis, vbi ait quod dispensatus  
in pluralitate beneficiorum, sine iusta causa tutus in con-  
scientia non manet. Cui sententiæ ait, suffragari omnes  
doctores, scilicet D. Thomam, Gabrielem, Adrianum,  
Maiorem, Gregorium, Turrecrematam, Cajetanum, Syl-  
vestrum, Panormitanum. Cuius sententiæ communis po-  
ll. Pars. F. L. Lopez instr. Consc. S. tissimum

642 Cap. CII. Quid de pluralitate benefic. &c.

tissimum fundamentum, ac basis est axioma illud Theologorum commune, quod in his, quae sunt iuris diuinis vel naturalis Papa dispensare non potest, si iusta causa dispensandi non intercesserit, quod si sine iusta causa dispensare ausus fuerit, salua censura, & reuerentia debita tanto pastori, quia docente D. Beryardo in epistola ad Rupertum nepotem, non dominus est beneficiorum, sed dispensator, talis dispensatio facta quoad pluralitatem beneficiorum in conscientia non tenet, licet collatio talium beneficiorum teneat, quoad titulos, quia si dispensante sine iusta causa, Papa plura beneficia curata, alicui contulerit ille in vitaque ecclesia erit vere curatus pollens vocatione in vitaque, quia alias si collatio quoad titulum non teneret, in periculum cederet animarum, & in eorum praecipuum, qui decimarum stipendium impendunt, quantum vero ad alia que naturale ius aut diuinum concernunt, dispensatio in illis non tenet.

¶ Contra tamen hanc assertionem communem, ex Clementina, ut liceat nihil innoverit, argumentum sibi conficiunt Canonistæ tale, quod sous Achilles est, de quo valde gloriantur, quia ibi adjicetur ista exceptio, salua tamen in prouisio omnibus, Romani Pontificis potestate ad quem ecclesiarum & personarum plena, & libera dispensatio ex sua potestatis plenitudine noscitur pertinere, ergo hinc videtur patere Papam ad disponendum de beneficijs, plenam, & liberam potestatem habere. Quia igitur solutio argumenti in sensu, & glossa legitima auctoritatis citatae consistit: Respōdetur, quod libera, & plena dispensatio quæ ibi diffinitur esse penes summum pontificem, in duobus verum habet locum. Primo in hoc sensu, quod Papa habet potestatem liberam, & plenam dispensatiuam quidem, non tamen dominatiuam, quare ad hoc attrinet illud Apost. Sic nos existimet homo vi nostros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Requiritur ergo iusta causa dispensandi, quatenus armenia beneficiorum pluralitatem. Secundo talis auctoritas procedit quod libera, & plena sit penes Papam potestas conferendi plura beneficia curata: quatenus efficere potest, ut collatio eorum etiam in digno facta interum sic sit valida & teneat, ut ille sit verus puratus, & iurisdictionis suæ collaz

collatae compos, sed non quoad alia, scilicet, vt possit ea  
tuta conscientia retinere.

¶ Præterea vt nihil intactum prætermittamus, hic & Q5.4.  
affine dubium placuit attexere, an post Concilium Tri-  
decimum, à conclusione communi, & generali posita,  
scilicet quod dispensatus sine causa circa plura beneficia  
non annexa, quia non est turus in conscientia, non sit ab-  
soluendus, in aliquo particulari casu aliqua possit admitti  
exceptio, vt cum aliquibus moderationibus, etiam si non  
illa plura sic iniuste dispensatus resignet, sit absoluendus,  
nihil sensit Caiet. verbo beneficium.

¶ Et quidem res est plena perplexitate quia affirma-  
mam cum multis ibi à se adhibitis limitationibus admit-  
ti Caietanus post factum, scilicet quod illis statibus di-  
spensatus sine causa iusta, nihilominus possit absolui quan-  
do est dignus, & solicitus, omnem adhibens curam & in-  
dustriam, & talem, vt inde ecclesiarum cultus, & earum  
bona nullum videantur perpetui iacturæ damnum spiri-  
tuale, aut temporale, quod raro contingit prout ipse fate-  
tur etiam Caieta. At F. Joannes à Peña. Hanc Caietani sen-  
tentiæ allegans tandem concludit, quod quidquid dixe-  
rit Caietanus, qui loquutus est ante Concilium Tridenti-  
num modo iudicio suo standum esse definitioni concilij.

¶ Sed quid dicendum tandem erit cum Nauarrus qui  
tempit post concilium in additionibus dixerit, quod si  
quis non residet sine causa legitima nisi per ministros, si  
inde sequitur parum damnum poterit absolui, at qui di-  
spensatus est sine iusta causa, vt plura retineat beneficia,  
cum in utroque simul residere non possit, in altero tunc  
non residet, & sine causa à residentia excusante, ergo vi-  
deretur de mente esse Nauatri quod iuxta limitationem Ca-  
ietani poterit, & nunc post concilium absolvi, nam sic in-  
que intelligitur Caiet. in summa verbo beneficium.

¶ Quid etiā quod Sotus in 4. in gratiam huius exceptio-  
nis Caietani, hic videtur loqui in 4. in materia de confes-  
sione: Sunt aliqui, inquit, qui præscentes aliquæ plurali-  
tate parochiarum implicitum, eius confessionem audire  
recusant, & tamen si forte audiant, audita parte confessio-  
nis, non audierit absolutionem negare, si pluralitas non sit  
excessiva, & possessor indignus. Sed ad id dictum Soti, F.

S 2 Ioannis

644 Cap. CII. Quid de pluralitate benefic.&c.

Ioannis de la Peña occurrit replica, scilicet quod eo quod plura quis ambivit beneficia curata eorum censendus est secundum ius indignus. Quid insuper quod F. Iosephus in suis floribus scribens post Conc. Trident. ait Caietani sententiam verbo beneficium in summa esse notandum, ubi ait non facile esse negandam absolutionem huiusmodi plurium beneficiorum obtentoribus, quia non facile est iudicare an sufficenter per vicarios beneficia regat, tanta enim potest esse vicariorum solicitude, atque diligenzia ut merito pastores dici mereantur. Hæc Iosephus.

¶ Post sententias hic narratas horum doctorum puto cautè, & via media in hac parte esse incedendum, & quia pluralitas beneficiorum regulariter detrimenta non immoda secum affert, regulariter sine iusta causa concurrente dispensato obtinenti plura beneficia non unita, in talique retentione perseveranti non est impendenda absolutionis. ¶ Quod si in aliquo casu allegetur ex prouida prouisione, quia valde idoneus, atque strenuus vicarius ab ipso praefectus est, de nullo damno ecclesiæ vel boni eius, vel ouibus fore timendum, adhuc quia decipi potest, (nemo etenim bonus est iudex in propria causa) attributor illam dispositionem Concilij Tridentini traditam in Sess. 6.ca. 1. de reformatione esse seruandam, ubi ait quod priuilegium perpetuum de fructibus percipiendi in absentia nulli profit, neque temporale, nisi ex causa rationabili per ordinarium approbanda fuerit concessum, quo casu episcopi tanquam delegati sedis Apostolicae prouideant, vel per deputationem idoneorum vicariorum, & congrue portionis fructuum assignationem, cura animari nulla tenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio, seu exceptione quacunque suffragate. Igitur hic decernitur, quod priuilegium perpetuum, sive temporale de percipiendi fructibus in absentia nulli profit nisi ex causa rationabili per ordinarium approbanda fuerit concessum. At vero dispensatio super pluralitate beneficiorum (cum in altero illorum necessario residere obtentor eorum non posse) quoddam priuilegium virtuale est de percipiendis fructibus in absentia, aut tali priuilegio æquivalet, sequitur ergo sine causa iusta dispensatus circa pluralitatem beneficiorum, si alleget pro se causam aliquam rationabilem illum

illum excusantem puta quod recte prouidet per vicariū idoneum, & quod omnem cauer causam dāni, quod paratione antequam absoluatur, sit mittendus ad ordinarium ut si rationabilis causa sic allegata, per ipsum, per ordinarium fuerit probata, & approbata maiori securitate conscientiae postea possit absolui, nam ei casui conuenit dispositio, cui verba dispositionis conueniunt, cum autē huic casui conueniant verba prædicta dispositionis Concilij, sequitur, quod ei conueniat & ipsa prædicta dispositio, quod si contenderis prædictam dispositionem huic casui non omnino conuenire: nihil moror, nam certe iudicari non poteris, quin hoc sit magis tutum conscientie penitentis, tum conscientie confessoris ipsum audiens.

(An iniuste dispensatus in pluralitate posset ferre fructus, an posset Papa illos illi remittere, an tollerantia Papæ hic excusat, & plura de restituzione fructuum, iuxta nouam saecularium Concil. Trid.

C A P. C III.

¶ Nuper, quia secundam quæstionem scilicet, an sine Q. 6. 1.  
causa iustificante dispensatus super pluralitate beneficiorum teneatur restituere fructus non expediimus, ut prolixitatem in continua serie sermonis vitaremus iam hic absoluenda venit, ne illius videamur immemores. Circa quam quæstionem F. Ioseph. in suis florib. amplectitur Gabrielis sententiam, qui ait, quod qui obtinuit dispensationem à Papa super beneficiis curatis absque legittima causa, licet in conscientia tatus nequaquam maneat, nihilominus tamen ad restituendos fructus obnoxius non manet. Hac autē ratione persuasus hoc afferit, quia potes est Papa super his fructibus dispēsare, nam potest illos regi pro expeditione cōtra Turcas erogare, vel alii cōferre dispēsando, igitur poterit & Papa eisdē fructus huic plura beneficia ex dispēsatione, sine causa tamē iusta possidēti adjudicare, nam inquisit Gabriel, & iste F. Iosephus, quod licet talis dispensatio non valeat, quoad obtinendum titulos: valebit tamen quoad fructus.

S. 3

¶ Sed